



Care ragazze e cari ragazzi, dopo un intero anno scolastico di lavoro, sono proprio necessari i compiti per le vacanze estive? A che cosa servono? Lascio a voi la riflessione, perché credo sappiate bene che l'avvio del prossimo anno scolastico richiederà un certo sforzo e determinati requisiti; quindi, è bene cercare di fare il punto e consolidare quanto avete appreso.

### LATINO



Lo sviluppo delle vostre capacità di traduzione è sicuramente un po' arrugginito. Quindi, lasciate pure da parte il Latino per giugno, ma poi ricominciate a tradurre almeno una versione a settimana, perché questa abilità richiede attenzione, costanza e tempo.

**All'inizio dell'anno scolastico, faremo due settimane di ripasso e poi ci sarà una verifica di traduzione**, per accertare a che punto siete e procedere in modo sensato col programma di Letteratura latina di quarta.

#### Operativamente:

1. ripassate gli argomenti di grammatica latina, svolti (vedi programma);
2. traducete le versioni, allegate al presente documento, avendo cura anche di svolgere gli esercizi. Verso la fine delle vacanze, su *Moodle* potrete trovare le soluzioni delle versioni, per l'autocorrezione;
3. facoltative, ma salutari, anche le seguenti versioni, tratte da "Latina arbor 2": n. **37** p. 113, **38** p. 118, **39** p. 118, **59** p. 180, **80** p. 237.



**Chi ha il debito di Latino** dovrà svolgere anche le versioni facoltative; il giorno dello scritto di recupero del debito (la data non è ancora stata stabilita), dovrà portare alla docente i compiti svolti durante le vacanze.

## VERSIONI

### V1 Vercingetorige assume il comando (I)

*Nel 52 a.C. Cesare aveva lasciato la Gallia per riprendere il controllo della situazione a Roma. Approfittando della sua assenza, diverse nazioni galliche si ribellano.*

*Vercingetorige, capo degli Arverni, cerca di creare una vasta coalizione, e ne assume il comando. Nel ritratto che ne dà Cesare emerge l'innata attitudine al comando, esercitato con metodi intransigenti, talora crudeli.*

Simili ratione ibi Vercingetorix Celtilli filius, Arvernus, summae potentiae adulescens, cuius pater principatum totius Galliae obtinuerat et ob eam causam, quod regnum adpetebat, a civitate erat interfectus, convocatis suis clientibus facile incendit. Cognito eius consilio ad arma concurritur. Prohibetur<sup>1</sup> a Gobannitione patruo suo reliquisque principibus, qui hanc temptandam fortunam non existimabant, expellitur ex oppido Gergovia. Non desistit tamen atque in agris habet dilectum egentium ac perditorum. Hac coacta manu, quoscumque adit ex civitate, ad suam sententiam perducit; hortatur ut communis libertatis causa arma capiant, magnisque coactis copiis adversarios suos, a quibus paulo ante erat eiectus, expellit ex civitate. Rex ab suis appellatur.

Cesare

1. Il verbo *prohibeo* ha qui l'accezione di "osteggiare".

### V2 Vercingetorige assume il comando (II)

Dimittit quoque versus legationes; obtestatur ut in fide maneant. Celeriter sibi Senones, Parisios, Pictones, Cadurcos, Turonos, Aulercos, Lemovices, Andes reliquosque omnes, qui Oceanum attingunt, adiungit; omnium consensu ad eum defertur imperium. Qua oblata potestate omnibus his civitatibus obsides imperat, certum numerum militum ad se celeriter adduci iubet, armorum quantum quaeque civitas domi quodque ante tempus efficiat constituit; in primis equitatu studet. Summae diligentiae summam imperii severitatem addit; magnitudine supplicii dubitantes cogit. Nam maiore commisso delicto igni atque omnibus tormentis necat, levio de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit, ut sint reliquis documento et magnitudine poenae perterreant alios.

Cesare

### V3 Vercingetorige si arrende

*La città di Alesia è ormai conquistata, e Vercingetorige, nell'ultima assemblea, dopo aver ricordato la causa della libertà, prende atto della situazione e si dichiara pronto a consegnarsi ai Romani. Il racconto della resa finale è, nel tipico stile di Cesare, scarno e asettico.*

Postero die Vercingetorix concilio convocato id bellum suscepisse se non suarum necessitatum, sed communis libertatis causa demonstrat, et quoniam sit Fortunae cedendum, ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere seu vivum tradere velint. Mittuntur de his rebus ad Caesarem legati. Iubet arma tradi, principes produci. Ipse in munitione pro castris consedit; eo duces producuntur. Vercingetorix deditur, arma prociuntur. Reservatis Haeduis atque Arvernibus, si per eos civitates recuperare posset, ex reliquis captivis toti exercitui capita singula praedae nomine distribuit.

Cesare

#### **V4 Costumi dei Germani (I)**

*Un altro passaggio della descrizione che Cesare dà dei costumi dei Germani, in cui emerge la sconcertante alterità rispetto agli usi romani, o a quelli, più rozzi, ma comunque "civili", dei Galli.*

Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitimos cedere neque quemquam prope se audere consistere. Simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinae incursionis timore sublato. Cum bellum civitas aut inlatum defendit aut infert, magistratus qui ei bello praesint et vitae necisque habeant potestatem deliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt.

Cesare

#### **V5 Costumi dei Germani (II)**

Latrocinia nullam habent infamiam quae extra fines cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis exercendae ac desidiaie minuendae causa fieri praedicant. Atque ubi quis ex principibus in concilio dixit se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur, consurgunt ii qui et causam et hominem probant, suumque auxilium pollicentur atque a multitudine conlaudantur; qui ex his secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur. Hospitem violare fas non putant; qui quacumque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent sanctosque habent, hisque omnium domus patent victusque communicatur.

#### **V6 I Galli sono diventati inferiori ai Germani nel valore militare**

*Significativa in questo passo una considerazione: se i Galli non sono più valorosi come un tempo, è a causa della civilizzazione portata dal contatto coi Romani, quasi che barbarie e virtù, civiltà e mollezza fossero elementi inevitabilmente connessi.*

Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrisque inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea quae fertilissima Germaniae sunt loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant, Volcae Tectosages occupaverunt atque ibi consederunt; quae gens ad hoc tempus his sedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae laudis opinionem. Nunc quoniam in eadem inopia egestate patientiaque Germani permanent, eodem victu et cultu corporis utuntur, Gallis autem provinciarum propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usum largitur, paulatim adsuefacti superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.

Cesare

## V7 La natura della vera gloria

Omnis<sup>1</sup> homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant veluti pecora, quae natura prona atque ventri oboedientia finxit. Sed nostra omnis vis in animo et corpore sita est: animi imperio, corporis servitio magis utimur<sup>2</sup>; alterum nobis cum dis, alterum cum beluis commune est. Quo<sup>3</sup> mihi rectius videtur ingeni quam virium opibus gloriam quaerere et, quoniam vita ipsa qua fruimur brevis est, memoriam nostri quam maxime<sup>4</sup> longam efficere. Nam divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis est, virtus clara aeternaque habetur.

Sallustio

1. *Omnis* = *omnes*.
2. *Animi...utimur*: "allo spirito spetta comandare, al corpo servire".
3. *Quo*: "perciò".
4. *Maxime* = *maxime*.

### Grammatica e traduzione

1. Che caso regge *praestare*?
2. Individua la funzione di *ne*.
3. In che caso è *natura*?
4. In quale funzione sintattica è usato *alterum*?
5. *Videtur* è forma personale o impersonale?
6. Qual è la funzione sintattica di *longam*? A quale termine è riferito?

### Comprensione e riepilogo

1. Che differenza c'è fra uomini ed animali, secondo Sallustio? Per rispondere, aiutati analizzando i termini *student*, *ope*, *niti*.
2. Che rapporto c'è fra anima e corpo, beni interiori e beni esteriori?

## V8 Tito Pullone

*Due soldati romani competono per primeggiare e accedere al grado superiore, ma al momento del bisogno l'uno corre in aiuto dell'altro: la rivalità tra gli avversari interni, gli inimici, deve cedere di fronte alla necessità superiore della guerra contro i nemici esterni, gli hostes. Pullone e Voreno sono fra l'altro stati protagonisti di Roma, il primo colossal americano per la televisione (2005) ambientato tra la fine della campagna di Cesare in Gallia e la Guerra civile.*

Erant in ea legione fortissimi viri centuriones qui iam primis ordinibus adpropinquarent, Titus Pullo et Lucius Vorenius. Hi perpetuas inter se controversias habebant, uter alteri anteferretur, omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant. Ex his Pullo, cum acerrime ad munitiones pugnaretur, 'Quid dubitas' inquit 'Vorene? Aut quem locum tuae probandae virtutis exspectas? Hic dies de nostris controversiis iudicabit.' Haec cum dixisset, procedit extra munitiones quaque hostium pars confertissima est visa, inrumpit. Ne Vorenius quidem sese tum vallo continet, sed omnium veritus existimationem subsequitur. Mediocri spatio relicto Pullo pilum in hostes inmittit atque unum ex multitudine procurrentem traicit. Quo percusso exanimatoque hunc scutis protegunt hostes, in illum universi tela coniciunt neque dant progrediendi facultatem.

Cesare

## V9 Lucio Voreno

Succurrit inimicus illi Vorenus et laboranti subvenit. Ad hunc se confestim a Pullone omnis multitudo convertit; illum veruto transfixum arbitrantur. Vorenus gladio rem comminus gerit atque uno interfecto reliquos paulum propellit; dum cupidius instat, in locum inferiorem deiectus concidit. Huic rursus circumvento subsidium fert Pullo, atque ambo incolumes compluribus interfectis summa cum laude intra munitiones se recipiunt. Sic fortuna in contentione et certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset neque diudicari posset, uter utri virtute antefendus videretur.

Cesare

## V10 I Galli entrano a Roma

*Nel 390 a.C. Roma fu sconvolta da un'invasione dei Galli Senoni, che ne sbaragliarono l'esercito presso il fiume Allia e saccheggiarono la città, andandosene dopo il pagamento di un cospicuo riscatto. L'impatto col nemico gallico fu per i Romani devastante, dal punto di vista sia economico che psicologico. Livio racconta che, quando i Galli stavano per giungere in città, fu deliberato che gli uomini atti a portare le armi si ritirassero con le loro famiglie, i sacerdoti e i magistrati, nella rocca del Campidoglio, mentre la plebe disarmata e i vecchi sarebbero rimasti; al loro arrivo i Galli furono stupefatti, vedendo la dignità di queste persone, che avevano accettato di morire come in sacrificio alla patria.*

Romae interim satis iam omnibus, ut in tali re, ad tuendam arcem compositis, turba seniorum domos regressi adventum hostium obstinato ad mortem animo expectabant. Qui eorum curules gesserant magistratus, ut in fortunae pristinae honorumque aut virtutis insignibus morerentur, quae augustissima vestis est tensas ducentibus triumphantibusve, ea vestiti medio aedium eburneis sellis sedere. Sunt qui, M. Folio pontifice maximo praefante carmen, devovisse eos se pro patria Quiritibusque Romanis tradant. Galli et quia interposita nocte a contentione pugnae remiserant animos et quod nec in acie ancipiti usquam certaverant proelio nec tum impetu aut vi capiebant urbem, sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die urbem, patente Collina porta, in forum perveniunt, circumferentes oculos ad templa deum arcemque solam belli speciem tenentem.

Livio

## Grammatica e traduzione

1. *Ut in tali re*: "come succede in queste circostanze".
2. Ordina: *expectabant adventum hostium animo obstinato ad mortem*.
3. Integra l'antecedente del relativo *qui*.
4. *Quae*, ripreso da *ea* nella frase reggente, costituisce una prolessi del relativo.
5. *Ducentibus* e *triumphantibus* sono participi sostantivati al dativo: individua il costrutto che formano uniti al verbo *est*; *tensas* è accusativo che dipende da *ducentibus*.
6. *Medio* e *eburneis sellis* sono ablativi di luogo senza preposizione.
7. Integra l'antecedente del relativo *qui*.
8. Il verbo *devoveo*, "offrire in voto" ha qui una costruzione riflessiva.
9. Giustifica il congiuntivo nella relativa.
10. L'espressione tecnica *acies ancipitis* vale "combattimento con esito incerto".
11. Attenzione a individuare il referente del participio *tenentem* e il nome che questo regge.